



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Chronicon Cisterciensis Ordinis

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

De Electione Alberici Abbatis Cistertiensis Ecclesiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11259

COMMENDATIO ABBATIS ROBERTI,
per Gauterum Episcopum Cabilonensem.

DILECTISSIMO fratri & Coepisco-
 po Roberto Lingonensi Episcopo
 Gauterus Cabilonensis Ecclesiae seruus sa-
 lutem. Notum sit vobis fratrem Robertum,
 cui Abbatiam illam in nostro Episcopatu-
 sitam, quæ nouum Monasterium dicitur, com-
 miseramus, à professione, quam Cabilo-
 nensi Ecclesiae fecit, ab obedientia, quam
 nobis promisit, secundum Domini Archi-
 episcopi definitionem, à nobis esse absolu-
 tum. Ipse autem monachos illos qui in pre-
 fato novo monasterio remanere decreue-
 rant, ab obediētia, quam sibi promiserant,
 & à professione liberos & absolutos dimi-
 sit. Illum ergo amodò suscipere & honori-
 ficè tractare ne vereamini. Valete.

DE ELECTIONE ALBERICI
Abbatis Cisterciensis Ecclesiae.

VIDVATA ergo suo Pastore Cister- *albericus*
 ciensis Ecclesia conuenit, ac regulari *abbas*
 electione quendam fratrem *Albericum* no- *Cisterci-*
 mine in Abbatem sibi promouit, virum *sis.*
 scilicet litteratum, in diuinis & humanis
 satis gnarum, amatorem regulæ, & fra-
 trum, quique prioris officium & in Molis-

B mensi

mensi & in illa diutius gerebat Ecclesia, multumque diu nitendo laborauerat, ut ad illum de molismo transmigrarent fratres locum, & pro hoc negotio multa opprobria, earcerem & verbera perpessus fuerat.

IOANNES ET ILBODVS MONACHI Cistercienses mittuntur Romam.

PRAEFATVS Albericus, curâ pastorali, licet multum tenitens, suscepit, cogitare cœpit, velut vir mirabilis prudentia, quæ tribulationū procellæ ipsum aliquando concutientes vexare possent: & præcauens in futurum, cum consilio fratribus, transmisit monachos duos, *Ioannem & Ilbodum* Romam, dominum Papam Paschalē per eos exorās, ut Ecclesiā sua sub Apostolicæ protectionis alis, tuta ab omnium ecclesiasticarū seculariumve pressura personarū perpetuò federet. Qui fratres prædicti, *Hugonis* Archiepiscopi, *Ioannisq; & Benedicti* Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, *VValteri* quoque Cabilonensis Episcopisi gillatis litteris freti, Romam prosperè iuerunt & redierunt, antequam ipse Papa *Pascalus* in captione Imperatoris positus esset, reportantes eiusdem Apostolici priuilegium, iuxta vota Abbatis sotorumq; eius per omnia exoratum. Has epistolas, priuilegium

*Ioannes
& Ilbo-
dus mo-
nachi Ci-
stertien-
ses mittū-
tur Ro-
man.*